Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

suratur. De quibus numeris nunc tacemus. quia
ex his multa iam superius diximus. Cum uero
alius precipitur uxori uir debitum reddat.
similiter autem ꝯ uxor uiro. quasi uestibulum
qd exterius respicit designatur. qd quamuis
extra respiciat tamen intus est. quia rudis
auditor. et ad huc agit qd
carnis est. et tamen a bonorum numero alienus
non est. Potest autem et per orientis portam
dns. et per austri iudea. per aquilonis u con
uersa gentilitas designari. Portam autem
dnm dicimus. quia per ipsum intramus ad
ipsum. Portas uero iudeam ac gentilitatem
nominamus. non incongrue quia et prius
ab hebreis et post modum a patribus ex gen
tilitate uenientibus aditum edificii celesti
agnouimus; Sed hac in re questio animum
pulsat. cur in superiori narratione ꝯ phete p
us orientalis postmodu aquilonis. ac dein
de austri porta de scripta est. Cumque e
asdem portas in interiori atrio narraret.
prius portam austri. deinde orientis et
tertio in loco descripsit aquilonis. Cur
autem non eundem ordinem quem
ceperat tenuit. sed hunc in portarum
descriptione ꝯ mutauit ut et prius diceret